

## Band VI., Nr. 1960, Seite 351-352

*Pfalzgraf Rudolf von Tübingen entsagt seinem Rechte der Vogtei innerhalb der Mauern und Verzäunungen des Klosters Blaubeuren und über dessen fünf Mühlen daselbst.*

Blaubeuren, 1267. Dezember 24.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Rvdolfus, dei gratia comes palatinus de Tvwingen, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam intuentibus vel auditoris salutem in eo, qui est salus credentium sempiterna. Quod gerendum inspirat homini divina ratio, sic debet fieri ratum et stabile, quod non possit in posterum processu temporis improborum hominum calumpnia revocari. Universa namque negocia, que traduntur voci testium et memorie scripturarum, ab utroque trahunt immobile firmamentum. Universis igitur vobis et singulis presentibus innotescat, quod nos, attendentes, quia nulla sarcina magis premit hominem quam ignominia servitutis, ius advocatie infra muros et septa monasterii sancti Iohannis baptiste in Blaburrun et quinque molendinorum ibidem ad ius et ad proprietatem monasterii eiusdem pertinencium, sive de iure sive de facto habuerimus, in remedium anime nostre ac parentum nostrorum et in recompensacionem dampnorum gravaminum et iniuriarum a nobis ac progenitoribus nostris abbati et conventui monasterii predicti, tam intra septa cenobii quam in possessionibus forinsecis, heu crebro, indebite illatorum, quorum occasione gravaminum sacra divinorum officia frequenter neglecta et in salutis nostre dispendium minus debito sunt peracta, super altare publicum sancti Iohannis baptiste in eodem monasterio liberaliter spontanea voluntate resignavimus. Ad quod tali sub intentione sincera cordis devocio nos induxit, videlicet ut persone religiose divinis ibidem obsequiis mancipate proventus dictorum bonorum, que ab omni exactione ac prava consuetudine quietamus, ammodo percipiant suis usibus profuturos, renunciantes omni iuri canonico seu civili, si quod nobis posset competere de iure vel de facto ad repetendum ius advocatie predictae coram quocumque iudice ecclesiastico vel seculari, decretum facientes, ut nec domino abbati vel conventui, qui tempore predictae resignacionis in eodem monasterio extiterunt, nec successoribus eorundem in loco aut bonis pre-nominatis alium sibi liceat statuere advocatum. Verum ne predicta nostra resignacio seu libertatis donacio successorum improbitate sentiret calumpniam in irritum revocata, dominum Eberhardum, tunc venerabilem episcopum Constantiensem, illam devotis hortabamur precibus confirmare. Ad hec, ut cautela nobis habundaret pocior ad stabiliendam libertatem nominati monasterii, dominus Vl. comes de Helfenstein cooperari promisit fideliter

## II

sue defensionis auxilio et favore sigilli sui testimonio confitente. Insuper, ut res esset stabilior, characterem sigilli fratrum domus Thevtonice in Alshvsen huic pagine inponi rogavimus ac sic roboratam domino venerabili Eberhardo tunc abbati et conventui in Blaburrun assignavimus in geste rei testimonium in monumentum temporum futurorum.<br> <br> Acta sunt hec publice in choro ante altare publicum sancti Iohannis baptiste in dicto monasterio Blaburrun, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., indictione X<sup>a</sup>., VIII<sup>mo</sup>. kalendas Ianuarii, hoc est in vigilia gloriosi Natalis domini, presentibus domino Vl. plebano in Asche, A. dapifero in Rugge, H. Welzoni, Vl. de Vbrihinge, R. dicto Halder, Anshalmo de Rugge, militibus, magistro R. dicto Schainbvch<sup>1</sup> et E. fratre suo, B. dicto Hornigar, tunc ministro civitatis, et Vl. fratre suo, R. dicto Limbachar et E. fratre suo, C. dicto Babbillohar et Bur. fratre suo, Ber. Svnthamario, F. fabro, H. dicto Hamersclac, H. dicto Ernst, H. dicto Eschay, H. Almindingario, civibus in Blaburrun, et pluribus aliis personis ydoneis, qui dicte resignacioni nostre seu libertatis donacioni, cum fieret, affuerunt.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Von den 6 an braun-weißen leinenen Fäden angehängt gewesenen Siegeln sind nur noch, insbesondere am Rande sehr beschädigt, vorhanden das 3.: des Grafen Ulrich von Helfenstein (vergl. S. 109) und das 5.: des Abts von Blaubeuren: der stehende Abt, mit der Linken ein Buch auswärts haltend, von der Umschrift noch ABBIS leserlich, sowie die Fäden für das 1. 2. 4., während das 6. mit diesen abgerissen ist.

---

<sup>1</sup>Zu diesem und den folgenden Namen: *Schainbvch* genannt nach dem Schönbuch, *Hornigar* nach Herrlingen, Blaustein, UL, *Limbachar* nach einem Leimbach oder Limbach, *Babbillohar* nach Pappelau, Blaubeuren, UL, *Svnthamario* vielleicht nach Sontheim, Ehingen (Donau), UL, und *Almindingario* nach Allmendingen, Allmendingen, UL.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 478 U 86

### Überlieferung und Textkritik:

Original. Deutsche Übersetzung: HStA Stuttgart A 478 Bü 6.

### Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 916. Petrus: Suevia ecclesiastica, S. 181 (nach Besold). AUGUST LUDWIG REYSCHER (HRSG.): Sammlung altwürttembergischer Statuar-Rechte, Tübingen 1834, S. 304 (nach Besold).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Blaubeuren

### Ortsindex:

Allmendingen Wohnplatz (16667)<br> Allmendingen, UL<br> Alts-  
hausen Wohnplatz (18642)<br> Altshausen, RV<br> Asch Wohnplatz  
(16720)<br> Asch, Blaubeuren, UL<br> Bad Überkingen Wohnplatz  
(580)<br> Bad Überkingen, GP<br> Blaubeuren Wohnplatz (16722)<br>  
Blaubeuren, UL<br> Feste Ruck Wüstung (23871)<br> Feste Ruck,  
Blaubeuren, UL, W<br> Helfenstein Wüstung (21656)<br> Helfen-  
stein, Geislingen an der Steige, GP, W<br> Herrlingen Wohnplatz  
(17017)<br> Herrlingen, Blaustein, UL<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br>  
Konstanz, KN<br> Pappelau Wohnplatz (16728)<br> Pappelau, Blau-  
beuren, UL<br> Sontheim Wohnplatz (16792)<br> Sontheim, Ehing-  
en (Donau), UL<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen,  
TÜ